Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



discipulos suos: et inuenit eos dormientes Et dic
petro Sic non potuisti una hora uigilare mecum Vigi
late et orate: ut non intretis intemptacionem Spiritus
quidem promptus est: caro autem infirma Iterum sed
abiit et orauit dicens Pater mi: si non pt hic calix
transire nisi bibam illum: fiat uoluntas tua Et
uenit iterum: et inuenit eos dormientes Erant enim
oculi eorum grauati Et relictis illis iterum abiit: et
orauit tertio eundem sermonem dicens Tunc ue
nit ad discipulos suos: et dicit illis Dormite iam
et requiescite Ecce appinquabit hora: et filius
hominis tradetur in manus peccatorum Surgite eamus
Ecce appinquabit qui me tradet Adhuc ipo loqe
te: ecce iudas unus de duodecim uenit: et cum eo
turba multa: cum gladiis et fustibus: missi a prin
cipibus sacerdotum: et senioribus pli Qui aut
tradidit eum: dedit eis signum dicens Quemcumq
osculatus fuero: ipse est tenete eum Et continuo acce
dens ad iesum et dixit Aue rabbi Et osculatus
est eum Dixitq illi iesus Amice ad quid uenisti
Tunc accesserunt et manus inicerunt in iesum
et tenuerunt eum Et ecce unus ex illis qui erant
cum iesu extendens manum exemit gladium suum: et percutiens seruum
principis sacerdotum amputauit auriculam eius dexter
Tunc ait illi iesus Conuerte gladium tuum in locum
suum Omnes enim qui acceperint gladium: gladio peribunt
An putas quia non possum rogare patrem meum
et exhibebit mihi modo plus quam duodecim le
giones angelorum Quomodo ergo implebuntur scrip
ture ipsi dicunt Quia sic oportet fieri In illa hora
dixit iesus turbis Tamquam ad latronem existi-

extendens manum

cum gl